



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Formularium Episcopale

Barbosa, Agostinho

Coloniae Agrippinae, 1680

Continuatio Sessionis Secvndi Diei.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10456

tionem. *Vet si remittat dicerur.* Resmittimus pro hac vice, & condonamus,

CONTINUATIO SESSIONIS SECUNDI DIEI.

A Prandio statu hora indicta sona campana, comitatus Pontifex ut supra ab universo Clero, & peroratis orationibus, ut in Pontificali libro, prorsus est alitionem Synodalem.

Decretum de Vigiliis & Festis.

Dierum Festorum, qui in civitate, & dioecesi nostra, tam ex universalis sanctæ Matris Ecclesiæ mandato, quam de consuetudine hujus dioecesis servari debent, tabellam evulgari decernimus. Porro Parochi tum Festorum hujusmodi, tum vigiliarum, & jejuniorum aliorum dierum observantiam sedulò procurent.

Tabella Festorum, & Vigiliarum publicatur.

Decretum de Cathedralico solvendo.

Sacrorum Canonum jure sancitum est, ut in Diecelsana Synodo à singulis Parochis Cathedralici nomine duo solidi, exigantur, idque argumento honoris qui Cathedrali Ecclesiæ tanquam Matrici à cæteris Parochialibus Ecclesiis tribui debet. Quæ summa liceat fortasse per longissimum temporis spatium à Parochiis hujus civitatis, & dioecesis per soluta non fuerit, ea tamen debita est Cathedrali, nec prescribi potest. Edicimus igitur, & impingimus Parochis Cathedralici solu-

Post hac instat Promotor, ut continuetur Synodus, & legitur decretum Illust. Archiepiscopi de intimatione futura sessionis, & reliqua sunt pro fine hujus secunda sessionis, que supra facta fuerunt pro absolutione prima.

TERTIA DIE

SECTIO III.

Omnia sunt prout in secunda die usque ad sermonem Illustiss. Archiepiscopi, mutatis tamen Antiphonis, & Psalmis, alisque prout in Pontificali libro habentur de Ordine Synodi celebrandæ in tercia die.

Post sermonem Illusterrissimi Archiepiscopi aliquis Canonicus Metropolitana deputatus accipiens ab eodem Archiepiscopo de cœta promulganda ea à sagre gestu legit alta voce hoc modo.

Hæc sunt nonnulla decreta reformationis condita ab Illusterrimo & Reverendissimo D. Roderico à Cunha, Archiepiscopo Bracharensi ad usum presentis Synodi, quæ mandat omnibus, & singulis qui eidem Synodo interessentur, ut ea suscipiant, & apud se retineant, & observent; atque ab aliis etiam ad quos pertinet, observari studeant; *Et his promulgantur decreta illa, quæ pro ea Synodo sunt ab Illusterrissimo, & Reverendissimo Archiepiscopo condita.*

III